


CONSILIUM AD EXSEQUENDAM CONSTITUTIONEM
DE SACRA LITURGIA

NOTITIAE



IANUARIO-APRILI 1965

CITTÀ DEL VATICANO - PALAZZO SANTA MARTA

Resp.: Ad primam partem: Facultas concelebrandi pro sacerdotibus, qui Missam singularem iam celeverunt (semel vel bis) non est ad satisfaciendum devotioni personali; sed praevidetur tantum pro determinatis adiunctis in bonum ipsorum concelebrantium (cf. n. 9 *Ritus concelebrationis*). Iudicium vero an conveniat, ut sacerdos, qui hisce in casibus concelebrat, possit etiam celebrare singulariter in bonum fidelium, remittitur Episcopo, qui considerare debet singula adiuncta, sicut fit pro concedenda binatione vel trinatione.

Ad alteram partem: Stipendium pro Missa concelebrata recipitur ad normam iuris: ideo si haec Missa concelebrata est binata, servandae sunt normae generales C.I.C. vel indulta particularia, quae alicubi forte habentur.

VARIA

76. Utrum, ad uniformitatem obtinendam, quando a rubricis plures dantur possibilitates, auctoritas territorialis competens pro universa regione, vel Episcopus pro sua dioecesi statuere possit ut unica ratio ab omnibus teneatur?

Resp.: Per se licet. Attamen, semper prae oculis habendo quod non tollatur illa libertas, quae a novis rubricis praevidetur, aptandi, modo intelligenti, celebrationem sive ecclesiae sive coetui fidelium, ita ut sacer ritus universus sit revera quid vivum pro hominibus vivis.

77. Utrum ministrantes Missae lectae servare debeant veteres rubricas, praescribentes ut genuflexi maneant per totam Missam (excepto ad evangelium), an sese accommodare rationi genuflectendi, standi aut sedendi fidelium?

Resp.: In Missis cum populo ministrantes certe sese accommodare debent ordini statuto pro fidelibus, quasi eorum exemplar et speculum.

In Missis vero sine populo (seu « privatis »), nihil prohibet quominus veteres rubricae servantur.

78. Utrum absolutio super tumulum facienda sit tantum praesente cadavere, aut adhuc fieri possit post alias Missas?

Resp.: Num. 401 *Codicis rubricarum* servat valorem suum. *Convenit* tamen ut absolutio habeatur solummodo praesente cadavere.

In hac « rubrica » elenchabimus publicationes, quae ad Redactionem mittuntur. A iudicio operum abstinemus, salva una aliave adnotatione characteris pure editorialis. Ipsa inscriptio cuiusdam operis in hoc elencho nulum includit operis iudicium.

E. BEAUCAMP - P. PASCAL DE RELLES, O.F.M., *Israel regarde son Dieu* (= Collection Bible et Vie chrétienne). Tournai, Castermann, Editions de Maredsous, 1964. In-8°, 140 pp.

La construction des églises. Directoire pastoral. Montréal, Editions Commission diocésaine de liturgie, 1965. In-16°, 64 pp.

E. FOURNIER, *L'homélie selon la Constitution de la sainte Liturgie.* Bruxelles, « Lumen Vitae », 1964. In-8°, 163 pp.

J. B. O'CONNELL, *The order to be observed in the celebration of Mass.* London, Burns and Oates, 1965. In-8°, 72 pp.

Transalito anglica Ordinis Missae, ritus servandi in celebrazione Missae et de defectibus.

Messale romano festivo. Alba, Edizioni Paoline, 1965. In-24°, 704 pp.

IOACHIM NABUCO, *Pontificalis Romani expositio iuridico-practica.* Tournai, Desclée & Cie, 1962. In-8°, 956 pp.

IOACHIM NABUCO, *Ius Pontificalium. Introductio in Caeremoniale Episcoporum.* Tournai, Desclée & Cie, 1956. In-8°, 404 pp.

I canti dell'Assemblea. Edizioni liturgiche del Cardinale Lercaro, a cura del C.A.L.A.B., Bologna 1965. 18,5 × 13,5 cm, pp. 56 cum appendice cantuum, praesertim psalmodum lingua italica ab associatione editoriali ECAS (« Editori Canti a Scheda ») editorum.

Opus continet cantus pro ingressu, gradualis, offertorio, communionis et fine Missae, secundum diversa anni tempora distinctos. In fine dantur melodiae quaedam pro festis marianis.